



Universitätsbibliothek Paderborn

**Decretvm Vt omnes Regularium Superiores suos subditos,
& Religiosos persaepe commoneant de iniuncta omnibus
obseruantia, & executione Apostolicarum Constitutionum,
& Decretorum ad Officium ...**

Urban <VIII., Papst>

[Romae], 1645

Sanctiss. D. N. D. Vrbani diuina prouidentia Papae VIII. Confirmatio
Declarationis Constitutionis Clementis Papae VIII. de Largitione munerum
Regularibus vtriusque sexus interdicta. Vrbanvs Papa ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-10826

150

Publicatio.

In nomine, & à Natiuitate Domini
millesimo quingētesimo nonagesimoquar-
to, Indictione septima, die vero secunda
mensis Iulij, Pontificatus Sanctissimi in
Christo Patris, & D.N.D.Clementis di-
uina prouidentia Papæ viij. Anno tertio.
Retroscriptæ litteræ publicatæ, & affixa
fuerunt in acie Campi Flora, & alijs lo-
cis publicis, & consuetis per nos Prosperū
Spada, & Franc. de Bonis, eiusdem San-
ctiss.D.N.Curs.

Ita est Franc. de Bonis, S.D.N.P.P.Curs.
Gabriel Saussarellas Curs.Mag.

Sanctiss. D. N. D. V R B A N I
diuina prouidentia Papæ VIII.

Confirmatio Declarationis Constitutio-
nis Clementis Papæ VIII. de Largi-
tione munorum Regularibus utrius-
que sexus interdicta.

V R B A N V S P A P A V I I I .
Ad perpetuam rei memoriam.

Edita 15. Se-
ptemb. 1640.

Nuper à Congregatione nonnullorū
Romanæ Curiæ Prælatorum, corā
dilecto filio nostro Antonio tituli S. Pe-
tri ad Vincula Presbytero Cardinali Sā-
cti Honuphrij nuncupato, maiori Pœnili-
ten-

tentiario, ac nostro in Alma Vrbe Pro-
uicario in spiritualibus generali, & no-
stro secundum carnem fratre germano, à
Nobis deputata, emanauit declaratio te-
noris subsequentis videlicet.

I. I. Cum circa interpretationem
Constitutionis fel. rec. Clementis VIII.
sub dat. xij. Kal. Iulij Pótificatus sui an-
no tertio, de Largitione munerum Re-
gularibus vtriusque sexus interdicta, nō
nullæ difficultates, & ambiguitates sint
exortæ; Congregatio specialiter à San-
ctissimo D. N. Vrbano diuina prouiden-
tia Papa VIII. coram Eminentissimo
Cardinali Sancti Honuphrij Maiori Pœ-
nitentiario, ac Vrbis Prouiario deputa-
ta, auctoritate sibi attributa declarauit,
& declarat, munera à Religiosis vtrius-
que sexus tribui posse, ex causis gratitu-
dinis, conciliationis, benevolentia, eius-
que conseruationis erga ipsam Religio-
nem, vel Conuentum, alijsuè causis ex
sui natura actum virtutis, & meriti con-
tinentibus: modestè tamen, ac discretè,
& dummodo id non fiat, nisi de Superio-
rum localium licentia, ac etiā cum con-
fensu maioris partis Conuentus, si talis
consensus de iure, vel ex constitutioni-
bus, seu consuetudinibus cuiusque Reli-
gionis respectuè, in huiusmodi casibus
requiratur. Consensum verò Conuentus

K 4 in

in §. 3. eiusdem Constitutionis ad leuiora esculenta, aut poculenta, seu ad devotionem, & religiositatem pertinentia munuscula largienda &c. requisitum, intelligi debere de consensu alias de iure requisito, & ubi cocurrat ambitionis suspicio, qua cessante, nec in his requiri licentiam Superiorum in scriptis in §. 4 eiusdem Bullæ requisitam, sed sufficere licentiam, etiam oretenus eisdem concessam, declarat. Commutationem autem compotationes, & coniuia in excipiendo præsertim Benefactoribus, Protectoribus, vel Ordinarijs honorifice, & laute, de quibus in §. 5. & 6. eiusdem Constitutionis, censeri tantummodo prohibita, si decentiæ status regularis aduersentur. Restitutionem vero receptorum Conuentibus faciendam, de qua in §. 7. ibidem cautum est, intelligi debere de Conuentibus, ad quos data donata, seu missa de iure pertinent, si id commode fieri potest, alias Conuentui eiusdem Religionis viciniori loco, ubi petita fuit absolutio, restituantur.

§. 2. Insuper eadem facultate sibi tributa, omnes, qui hucusque aduersus supradictæ Constitutionis capitula hic moderata largiti fuerunt, vel receperunt, a pœnis quibuscumque in eadem Constitutione insicias, & incursis posse, & debere

bere à proprijs Confessarijs absolui in foro conscientiæ , etiam non facta prius huiusmodi rerum donatarum seu datarū restituzione . Quoad eos vero , qui præter modum prædictum grauiori Religio- nis detimento , largiendo , vel recipiendo transgressi sunt , sed ob inopiam restituere nequeunt , eadem Sanctitas concedit maiori Pœnitentiario , vt de præteritis usque ad diem datæ præsentium in foro conscientiæ absoluat , dispenset , & condonet , seu absolvi , dispensari , & condonari mandet , prout in Domino magis expedire iudicauerit .

§.3. Et ne prædictæ Clementis VIII. Constitutionis memoria dilabatur , Supe- riores locales cuiuscumque Monasterij , Conventus , Domus , ac Collegij Regula- ris , sub pœna priuationis officij , vocisq. actiuaræ , & passiuaræ ipso iure incurren. ef- ficere teneantur , vt in perpetuum singu- lis annis mense Ianuario , non solum præ- dicta Constitutio (quam in reliquis eius partibus eadem Sanctitas , omnino ob- feruari iubet , & quatenus opus sit inno- uat , quemcumque prætensum non usum , aut prætensum usum , seu prætensam con- fuetudinem , damnando , & irritando) ve- rum etiam hoc decretum in aliqua pu- blica Congregatione , vel saltem in pu- blica mensa perlegantur . Omnibus tam

Ec-

Ecclesiasticis personis etiam Regularibus, quam Laicis, cuiuscumque sint ordinis, conditionis, gradus, ac dignitatis, etiam speciali nota dignis, & qui sub generali dispositione non comprehendentur, praedictam Clementis Constitutionem contra presentis decreti tenorem declarandi, vel interpretandi facultate penitus interdicta. Super quibus Sanctissimus mandauit expediri Breue. Datum Romæ die 15. Septembris 1640.

Confirmatio
Apostolica su-
per potiç De-
clarationis.

§.4. Quapropter ut premissa firmius subsistant, & inuiolabiliter obseruentur, quantum cum Domino possumus, prouidere uolentes: Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicę potestatis plenitudine, declarationem praesertim cum omnibus, & singulis in ea contentis, tenore presentium perpetuo confirmamus, & approbamus, illisq. inuiolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiçimus, ac omnes, & singulos tam iuris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet interuenerint, supplemus, illaq. inuiolabiliter ab omnibus, ad quos spectat, & spectabit in futurum, obseruari.

Decretum ir-
ritans.

§.5. Sicq., & non aliter in premissis per quoquinque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac Sancte Romanæ Ecclœsiæ

clesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & quosvis alios quacumque auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, uel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

I.6. Non obstan. quoad ea, quæ declarationi prædictæ, & præsentibus sunt contraria, uel diuersa, Constitutione feli. rec. Clementis Papæ VIII. prædecessoris nostri prædicti, ac omnibus illis, quæ idem Clemens in constitutione huiusmodi uoluit non obstarre, ceterisq. contrarijs quibusunque.

*Derogatio
contrarij.*

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiores sub Annulo Piscatoris die 16. Octobris 1640. Pontificatus nostri anno Decimo octavo.

*Dat. An. D.,
16. Octob.*

M.A. Maraldus.

In nomine, & à Nativitate Dñi 1640.
indictione 8. die vero 13. mensis Octobris,
Pontificatus Sanctiss. in Christo Patris, &
D.N.D.Vrbant diuina prouidentia Papæ
Octavi, anno 18. retroscriptæ litteræ pu-
blicatæ, & affixæ fuerunt in acie Campi
Floræ, & alijs locis publicis, & consuetis,
per


156

per nos Hieronymum Mascellam, & An-
dreas Castruccium eiusdem Sanctiss. D.
Nostris Curs.

Ita est. Hieronymus Mascella S. D. N.

PP. Curs. pro D. Mag.

Ita est. Andr. Castrucc. S. D. N. Papæ
Curs.



DE-